



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Eliseus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

An condemnatus ad mortem possit se ipsum occidere. n. 499.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**



dum, quod mortes illæ causaræ fuerint vel ex instinctu Spiritus sancti ( ut expresse testatur Ecclesia de S. Apollonia, & quibusdam alijs ) vel ex ignorantia & bona fide [ ut de virginibus sese præcipitantibus in aquam ], vel cum spe evadendi cum vita, idque propter bonum commune Reip. [ ut fecit Samson & Eleazarus ] utique etiam ex interno Spiritus sancti motu.

## CONFERENCE. LXVII.

Condemnatur quis legitimè à Judice ad mortem: Quæritur ergo, an possit à Judice Reo committi, ut se ipsum interimat, gladio trahat, venenum bibat? Respondet Pont. 499.  
*noster disp. 52. 4. num. 18.* Id probabiliter licere: si enim, inquit, licet se occidere jubente Deo, non apparet, quare idem non liceat Judice jubente, qui potest justè occidere. Neque tunc Reus se ipsum occideret propria auctoritate, sed aliena, de qua non loquitur Responsio ad Confer. præced. data. &c. Secundo cum communiori, id non licere: Quia judex divina ordinatione institutus est Minister justitiæ, non crudelitatis: Censetur autem nefanda crudelitas occisió sui ipsius, quam proinde ab hominibus omnimodè averrere voluit Deus.

## CONFERENCE. LXVIII.

Generalissimus Exercitus Imperatoris in Hungaria existit in proximo & certo periculo, ut capiatur à Turcis, gravissimis tormen- 500.  
 tis